



BC 60

T 6

004492



1080014449

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

**LOGICAE  
COMPENDIUM**

—JUXTA—

Doctrinam S. Thomae Aquinatis

Auctore S. C. Roux Lavergne,

In gratiam sui Seminarii  
ab Episcopo Leonensi multis annota-  
tionibus et additionibus  
locupletatum

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON  
Biblioteca Valverde y Tellez



Capilla Alfonsina  
LEONEN. Biblio. Universitaria

Ex Tipographia Apud Zenonem Izquierdo.

41665

BC60

T6



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

## PROLOGUS ANNOTATORIS.

Angelici Doctoris nomen pro omni scientifica laude ad commendationem hujus operis sufficit. Quis enim est, in tota litteraria republica adeo in scientiis hospes, ut hujus nominis laudationem ignoret? Quis est, qui nesciat, ipsum esse lumen per quod omnes qui viam disciplinarum ingrediuntur vident, ut Academia parisiensis olim ajebat ipsum esse Academiarum omnium communem magistrum, Ecclesiae Universalis Doctorem insignem, Incarnatae Sapientiae ore collaudatum, quam sequendo nunquam a veritatis tramite deviamur, Sede Apostolica teste? Nos itaque, tanto Magistro duce, juventutem Seminarii nostri Leonensis erudire conati, ejus melioris notae interpretes consulere, et in annotationibus legitimam ipsius scholae doctrinam exponere, operam omni studio navavimus: additis axiomatibus praecipuis in philosophica scientia, ut in operis fine apparebit.

En ergo, adolescentes dilectissimi, quae pro vestra litteraria eruditione, non minimo quidem sed jucundissimo labore compendio-

004492

PROLOGUS.

se vobis afferre, pro nostra erga vos propensissima voluntate, decrevimus. [Faxit Deus Optimus Max. ut ex hocce veritatis fonte aliqualem saltem pro Christi Ecclesia, pro religione et patria utilitatem tandem aliquando redundare auspicemur!]



# Compendium Philosophiae

—JUXTA DOCTRINAM—

Sancti Thomae Aquinatis.

## PROLEGOMENA.

1.<sup>o</sup> *De nomine philosophiae;* 2.<sup>o</sup> *de sapientia, seu scientia, et subsequenter de causis;* 3.<sup>o</sup> *de differentia philosophiam inter et theologiam;* 4.<sup>o</sup> *de definitione philosophiae;* 5.<sup>o</sup> *de ejus partibus;* 6.<sup>o</sup> *de ordine secundum quem distribuuntur;* 7.<sup>o</sup> *de modis sciendi.*

1. Nomen philosophiae sumitur a *philosopho*, quod idem sonat ac amicus sapientiae. Pythagoras primus se philosophum dixit, profitens Deos solos esse sapientes, et hoc tantum hominibus convenire, quod sapientiam ament et colant. Inde *philosophia*, id est amor sapientiae (1.)

2. Ille sapiens est, ut sanctus Thomas docet, qui res directe ordinat et bene gubernat, quod fit per considerationem causarum altissimarum. (2.)